3364.

IR

Slangendorp.
Oratio funebris
de
Nicol. Kaas.
Hfn. 1594

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

33

N.º 3364.



M. Tuscher fecit

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

=LN 1496
ex. 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

ORATIO FVNEBRIS, DE VITA ET OBITV MAGNIFICI, *GENEROSI ET ILLVS*TRIS VIRI PIETATE, SAPIENTIA, ERVDITIONE, VSV ATQ; EXPERIENTIA rerum, præſtantiſsimi, Dn̄. NICOLAI KAASII, Domini de Toerupgaard, Senatoris, magni Cancellarij & Gubernatoris Regni Daniæ primarij, habita in Academia Hafnienſi, 29. Iulij, 1594.

A

IOHANNE OLAI

SLANGENDORPIO.

HAFNIÆ
Impreſsit Iohannes Stockelmannus.
M. D. XCIIII.

3364.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

Aspira ceptis, christe benigne meis

Nicolaus Joannis
mea manu

BIBLIOTHECA REGIA · HAFNIENSIS ·

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

ſVauiſsimæ ſunt hæ ſententiæ, Magnifice Rector, Generoſi Nobiles, Senatus ſcholæ inclytæ, corona ornatiſsima: Memorare faciam nomen tuum in omni generatione & generatione: Item, non celaui miſericordiam tuam & veritatem tuam in cœtu multo. Hæ & ſimiles ſententiæ ſunt dulciſsimæ commonefactiones, de publicis congreſsibus & cœtibus, in quibus vult Deus vt beneficia ſua celebremus, & dona Dei vitæ humanæ præſidia & ornamenta, memoremus & ab obſcuritate ac obliuione vindicemus. Nihil igitur magis decet nos, in noſtris congreſsibus & frequentia diſcentium, quàm vel celebrare doctrinam de Deo, leges

honeſtas, & artes ac linguas, quæ veluti fores ſunt & claues artium: & excitare iuuentutem, vt dona Dei intelligere, magnifacere & tueri ſtudeat: vel memoriam præſtantium virorum, qui vel in Scholis, fideli ac felici propagatione doctrinæ: vel in aulis Principum & Reipub. gubernatione, ſuo patrocinio & conſiliis, ſtudia doctrinarum prouexerunt, poſteris tradere, & ad honeſtorum exemplorum conſiderationem, mentes, doctrinæ ac virtutis ſtudioſas, inuitare. Vult enim Deus etiam propter ſe autorem, dona ſua agnoſci, & excellentes ingenio & virtute viros, & de Eccleſia ac Republica bene meritos, debitis laudibus prædicari, vt ipſius Dei præſentia & bonitas ac ſapientia, cuius radij ſunt optimæ artes et virtutes eximiæ, agnoſcatur.

Pri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

Primùm igitur in hoc congreſſu ſcholaſtico, Deo æterno patri Domini noſtri Ieſu Chriſti, conditori generis humani, & admirabili bonitate ac ſapientia, conſeruanti politias propter hunc finem, vt ſint hoſpitia Eccleſiæ, toto pectore gratias agamus, quòd ab obitu ſanctiſſimæ recordationis, optimi ac potentiſſimi Regis Friderici II. hiſce elapſis annis, pios ac ſalutares gubernatores, borealibus his Regnis dedit, qui non ſolùm pacis ac diſciplinæ cuſtodes fuerunt: ſed etiam nutricij Eccleſiæ Dei, & huius ſummi beneficij authores, quòd vera vox doctrinæ, de Dei agnitione & inuocatione, quæ ſola portum æternæ ſalutis monſtrat, inter nos pura & incorrupta, ſonet ac conſeruetur. Eundemq́; etiam ardentibus votis in ſpiritu per Chriſtum rogamus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

gamus, vt hæc ingentia dona ſua, veram de ſe doctrinam, leges, ſtudia literarum, linguarum & artium, honeſtam diſciplinam, pacem & tranquillitatem apud nos deinceps tueatur, nec vllis Diabolorum furoribus interpolari aut deleri ſinat. Seruet etiam et regat Sereniſsimum Electum Regem noſtrum, Chriſtianum IIII. Dominum noſtrum clementiſsimum, huius Academiæ & Eccleſiæ nutricium, gubernatores & Senatores Regni huius, qui optimè mereri de Eccleſia & tota poſteritate poſſunt, cùm Regem Electum, à quo conſuluntur, ad curam defendendi pia ſtudia, & artes ſalutares generi humano, flectant.

Cùm autem Regno huic, Deus multa illuſtria beneficia & ornamenta ſeculo hoc noſtro tribuerit, vſus in-

ter

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

ter cæteros, fideli ac diligenti opera Nobiliſsimi Magnifici & Clariſsimi viri, NICOLAI KAASII, magni Cancellarij & Gubernatoris primarij Regni Daniæ, quem 29 Iunij, Deus ad tranquillioris & cæleſtis aulæ conſuetudinem euocauit: exiſtimo ad officium gratitudinis debitæ Deo, & conſeruatori ac patrono de hac Schola optimè merito, pertinere, vt Dei dona, quæ in optimum hunc virum contulit, et quibus reuerenter et fideliter ad Dei gloriam et Reipub. ſalutem ille vſus eſt, grata voce celebremus. Eſt enim totus vitæ & laborum viri huius curſus, expreſſa imago & exemplum illuſtre, boni et Eccleſiæ ſalutaris Cancellarij: de quo verè illud vſurpare poſſumus: conſiliariũ bonum, eſſe commune bonum, & bono principe

3364.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

digniſsimum, & toti Reipub vtiliſsimum. Itaq́ æquum eſſe cenſeo, vt cùm tali tantoq́ viro orbati ſimus, luctum noſtrum non externo tantùm veſtitu & lachrymis: Verùm etiam honorifica recitatione laudum optimi viri, dolorem noſtrum oſtendamus.

Etenim ſi Ægyptius fleuit Iacobum, ſi Iſraëlitæ Moſen, ſi Elizæus Eliam, præſtantiſsimos illos Dei viros, per quos Deus mortalium generi, ſumma contulit beneficia: Cur non pari pietatis affectu, defleamus eius viri obitum, per quem Deus non contemnenda merita, in Eccleſias & Scholas horum regnorum contulit? ſi etiam filios decet lugere obitum ſuorum parentum: ſi, cùm amicus triſtetur, quòd amico ſuauiſsimo, coniunctiſsimoq́ ſit orbatus, non modò non reprehendimus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

mus, ſed etiam in laude ponimus: quis tam vecors, tam ſtupidus & alienus, non dico à pietate, ſed ab omni humanitate eſt, qui non exiſtimet, rectè à nobis fieri, quòd hoc tempore & nos lugeamus? Cùm Patrono & Mecœnate fideliſſimo in hac vita ſimus orbati, cuius eximia in omnes & ſingulos merita, virtutes illuſtres, præclara & egregia vita non patiuntur, vt eius memoriam tam facilè deponamus. Quare licet corpus eius ſepultum ſit, non tamen committemus, vt vnà virtutes eius præclaræ, ſepultæ videantur.

Etſi autem alius quiſpiam ex collegis, longè excellentiùs, virum hunc laudibus exornare potuiſſet, quàm ego in tanta temporis anguſtia, & magna corporis infirmitate, qui aliàs balbutiem

3364.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

tiem meam, & in dicendo maciem agnoſco ac deploro: Admonitus tamen à Magnifico Rectore, cui me multum debere ingenuè fateor, ideo dicendi neceſſitatem hoc tempore in me recepi, vt omnibus conſtet, me hunc virum feciſſe ſemper magni, & conſeruaturum eius memoriam per omnem vitam, cuius non ſolùm publica & verè heroica in noſtrum ordinē merita, ſed etiam priuata in me hominem ſcholaſticum, collata beneficia hoc merentur, quæ certè tanta ſunt, vt nulla memoria, nulla vis ingenij, nulla magnitudo obſeruantiæ ijs reſpondere poſsit. Ac ſi mihi nullum aliud eſſet officium in omni vita reliquum, niſi vt erga hunc Magnificum virum, ſatis gratus eſſe iudicarer: tamen exiguum vitæ tempus, nequaquā ad declarandam gratitudinem debi-

 tam,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

tam, mihi ſufficeret. Nunc verò cùm pro maximis beneficijs, hoc tam vili orationis munere defungi liceat, ſine ambagibus ad inſtitutum accedam, & quantum in hac ſocietate ſuſpiriorum & gemituum fieri poteſt, floſculis ex vita Cancellarij noſtri, decerptis, tumulum ipſius perſpergam, quorum fragrantia in pectoribus noſtris, gratitudinem erga Deum, pro donato & conceſſo viro hoc, excitare poterit & debebit. Reuerenter autem oro omnium ordinum auditores, vt pro ſua pietate & candore, hanc non dico orationem, ſed miſeram, conciſam & malè cohærentem querelam, quæ nihil differt à cantu cicadarum, ſine moroſitate & faſtidio audiant: perficiam Deo iuuante, vt nihil indignum ipſorum auribus & animis à me dictum videatur.

Natus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

Natus eſt Magnif. Clariß. & Nobiliß. vir, Nicolaus Kaaſius, anno 1534. patre nobiliſſimo viro, Nicolao Kaaſio, Domino de Starupgaard, auo Iohanne Kaaſio: Matre nobilißima & caſtißima Domina, Anna, filia nobilißimi viri Biørnonis Andreæ, Domini de Stenholt, Biørnonis vltimi, qui ante paucos annos vita defunctus eſt, aui. Poſt humatum autem & ſepultum patrem, ſeptimana tandem 28, in lucem editus eſt, ac propterea nomen patris Nicolai Kaaſij ipſi impoſitum, quòd & paternas virtutes adumbraturum, & patrem ſua natiuitate illuſtraturum, tempore ſuo ſperarent ſuſceptores, qua in re neq; falſi ſunt. De parentum familijs, pietate, virtutibus & placido ac beato ex hac vita exitu,

nihil

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

nihil hoc loco addere opus eſt, quòd olim ab alijs hæc & ſimilia, concionibus funebribus ſint copioſè decantata, & vigent adhuc in viuentium oculis & memoria.

Etſi autem ingens decus eſt, ex illuſtri ac nobili familia ortum ducere, & ſemina virtutum à progenitoribus habere & circumferre: Fortes enim, creantur fortibus & bonis: tamen longè maius ornamentum & ſingulare Dei donum eſt, in cœleſtis patris familiam per baptiſmum receptum, & conciuem ſanctorum ac domeſticum Dei factum eſſe. Deinde & hoc quoq; illuſtrius eſt, ſi liberi virtutibus parentum reſpondeant. Nam de his Chryſoſtomus egregiè loquutur: Nobilitas, inquit, vel bonitas cognatorum non valet, niſi nos ipſi fueri-

mus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

mus boni. Ac idem, quid ei prodeſt, quem mores dehoneſtant, generatio nobilis & clara? Aut quid nocet generatio vilis, quem mores adornant? Ipſe enim ſe vacuum bonis omnibus oſtendit, qui gloriatur in patribus. Neq; malè Seneca. Non facit nobilem, atrium plenum fumoſis imaginibus, ſed virtus. Rectè quoq; Iphicrates Imperator Sutore natus, ad Harmodium, priſca nobilitate, prætumidum, meum inquit, genus à me originem ducit, tuum in te deſinit. Neq; Stolidus fuit Frontinus ille, qui voluit ſibi monumentum exſtrui his verbis: Memoria noſtri durabit, ſi in vita meruimus. Atq; Ageſilaus Rex, noluit à græcis ſibi ſtatuas erigi, eiusq; tale erat reſcriptum:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

tum : Mei nulla ſit imago, neq́ picta neq́ ficta, neq́ vllo artificio parata. Si quod præclarum facinus geſſi, hoc erit monumentum mei : Sin minus, ne omnes quidem ſtatuæ, vlla opificum operâ, mei memoriam illuſtrabunt. Antiſthenes igitur bene cecinit : Τοὺς ἀυτοὺς ἐυγενᾶς τοὺς καὶ ἐυαρέτους.

Cùm autem generoſa mater, anno ætatis 5. viri huius, in cœleſtem vitam diſcederet, tutelam eius ſuſcepit, nobiliſſimus vir, Dñs. M. Magnus Kaaſius, Dominus de Thorupgaardt & patruus eiuſdem, qui cùm paruulum ipſius pectus per ſpiritum ſanctum accenſum eſſe, & etiam in illa tenella ætate diuinitùs gubernari animaduerteret : tanto maiorem diligentiam curamq́ adhibuit,

vt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

vt veræ ac ſaluificæ pietatis ardorem & ſtudium, quod à ſpiritu ſancto in ipſius pectore plantatum erat, ſancta inſtitutione & crebris exercitijs, diſcendi cœleſtem doctrinam, ardenteſq; fundendi preces, ſubinde magis magiſq; proueheret: vt quæ omnium reliquarum virtutum quaſi fundamentum, mater & regina eſt, ſicut apud Syr. idem dicitur: Initium ſapientiæ eſſe timorem Domini, & radices agere in cordibus credentium, qui nituntur ea tanquam immoto fundamento, & curant eam ad poſteros propagari. Itaq; puer à patruo, viro doctiſſimo, ad ſerium ac ſincerum amorem pietatis & veræ de Deo doctrinæ, ad modeſtiam, pudorem, temperantiam, & conuenientem nobili adoleſcenti grauitatem morum, pari humanitate &

man-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

manſuetudine temperatam, ſedulò inſtitutus & aſſuefactus eſt.

Ac patruus prudentiſſimus, in ſtudijs literarum eum erudiri diligenter curauit, non ignorans, quòd neq; opes vllas firmiores, aut certiora vitæ præſidia parare filijs genitores poſſunt, quàm ſi eos exhibeant honeſtis artibus & liberalibus diſciplinis inſtructos: quibus præditi rebus, & obſcura ſuæ gentis nomina, & humiles familias attollere atq; illuſtrare ſemper conſueuerunt. Nam & mutare ſibi nomen, dum id ſine fraude fiat, vnicuiq; per leges licet: & transferre quando libeat, domicilium, nemo prohibetur. At artibus bonis, niſi quis ab adoleſcentia fuerit inſtructus, aut ſi peruerſis infectus exſtiterit, non facilè de ſe ſperet, in ætate prouectiore

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

poſſe aut has abijcere, aut illas continuò ſibi parare. Iacienda ſunt igitur in hac ætate fundamenta bene viuendi, & formandus ad virtutem animus, dum tener eſt, & facilis, quamlibet impreßionem admittat: Quæ vt tunc erit, ita & reliquâ vitâ ſeruabitur. Hæc patruus optimè proſpiciens, poſtquam Kaaſius noſter apud ipſum, prima literarum elementa, & initia percepiſſet, auiditateq; & alacritate diſcendi, omnium in ſe oculos conuertiſſet, quanquam generoſus patruus ægrè à ſe nepotem diuelli, & apud alios alendum erudiendumq; dimitteret: tamen cùm propter molliorem educationem, nimiamq; indulgentiam, quæ per delinimenta muliebria, ſeruorumq; aſſentationes frequenter fit, adeo ſæpiùs reſoluantur atq; diffluant

fluant

fluant pueri, vt ſatius ſit, eos ad extraneos in alijs ciuitatibus ablegare, vbi & minus ſibi licentiæ aſſument, & magis pro arbitrio cuncta facere erubeſcent. Quod optimus patruus non ignorans, primùm in ſcholam vicinam wiburgenſem eum miſit. Eam illa ætate, regebat Dñs. Olaus Scętzius, Canonicus & συμμύςης wiburgius, vir egregiè doctus in literis humanioribus, & ad formanda ſtudia iuuentutis non factus, ſed natus, qui non tantum doctis: ſed & nobilibus viris, propter ſingularem eruditionem, diligentiam, modeſtiam, & humanitatē erga diſcentes ſemper fuit gratiſſim9. Ac quanti hunc venerandū virum fecit Magnif. Dñs. Cancellarius, oſtendebat eius Magnif. non tantùm ipſū gratitudine ſingulari, amore & reuerentiâ proſequendo, ſed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

& in filios ſtudioſos & verbi diuini miniſtros, beneficia plurima conferendo. Hoc præceptore Cancellarius noſter, paucis annis, Regulas Grammaticas vtriuſq; linguæ, vnà cum præceptis Dialecticis & Rhetoricis addidicit, & orationem latinam mediocriter formare cœpit, iudiciumq; de diſcernendis veris à falſis & probabilibus à neceſſarijs, paulatim acquiſiuit. Verùm quia publicæ Scholæ & Academiæ perfectionem quaſi puerilibus tyrocinijs addant, quando hinc docti prudenteſq; viri, qui Reges ſuis conſilijs iuuant, hinc probi ſanctiq; religionis vindices & doctores, hinc artium deniq; profeſſores ſint prodituri: Sanè publicas præceptorum Scholas atq; gymnaſia Græci, bonarum ferè omnium artium authores, induxiſſe

primùm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

primùm videntur, qui cùm alijs in locis, tum Athenis publicè magno in ſtudioſorum cœtu, diuerſas profiteri artes precioq́ docere cœperunt. Poſtea liberalitate regum præſtantiſsimorum diuerſis in locis, & docti viri ad erudiendam iuuentutem, & Academiæ ſeu loca, huic rei accommoda, exſtructa, ſtipendiaq́ omnium artium magiſtris & facultatum profeſſoribus propoſita ſunt. Romæ quidem, in quam literæ propter bellorum occupationes, ſeriùs ſunt aliquando inuectæ, primus Græcorum more, Carbilius, ludum aperuiſſe fertur, cùm priſci Romani vel ſuos ipſi liberos domi inſtituerent, vel ad patruorum ædes deducerent, ne paterna indulgentia domi corrumperentur. Sed ſequentibus deinde temporibus, in Athenæo ſiue Mineruio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

(quo in loco Romana iuuentus inſtitue-
batur) ingenuarum artium doctores,
propoſitis annuatim ſalarijs docere cœ-
perunt: Veluti Quintilianus à Galbâ
ex Hiſpania euocatus, ſtipendioq́; vt
doceret eloquentiam, conductus fuiſſe
dicitur. Veſpatianum item Cæſarem
& Antonium, primùm latinis, Græ-
cisq́; Doctoribus, publica conſtituiſſe
ſtipendia, plerisq́; in Romani imperij
prouincijs aiunt: & vt Alexandrum
taceam, qui hoc ipſum in Perſide, Æ-
gyptoq́; fecit: ita idem ſemper vſus,
apud cultiſsimas nationes obtinuit, vt
vel in præcipuis ciuitatibus alicuius
prouinciæ, vel aliquâ in vnâ, publicè li-
berales artes docerentur. Quod idem
Carolus Magnus, ſicuti alia non pauca
præclarè inſtituta, poſt imperij Roma-
ni occaſum primus ferè renouauit, dum
Pari-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

Pariſijs & Papiæ publicas Academias inſtruxit, pulſasq́ iam totâ Europâ literas excellentiſsimo ſtudio reuocauit. Hoc præclarum illius exemplum poſteriores principes imitati, diuerſas quoq́ apud ſuos, Scholas inſtituerunt, vt in Hiſpania Petrus luna Cardinalis Salmanticenſem, Franciſcus Ximenius Epiſcopus Toletanus complutenſem, conimbricenſem Ioannes III. Luſitanorum Rex: In Italia Patauinam, venetorum Senatus, Piſanam coſmus Medices Florentinorum princeps, in Belgia Louanienſem Brabantiæ duces, & vt alij principes viri alias: ſic Chriſtianus primus noſtram Academiam erexit.

In hanc ergo mittitur & priuato præceptori, ac domeſticæ diſciplinæ communis noſtri præceptoris, Clariſſ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

& Doctiſsimi viri, Dn. D. Nicolai Hemmingij, eo tempore fideli, induſtrio & felici ſtudiorum iuuentutis magiſtro commendatur. Docebantur Dei beneficio eo ſicut hoc tempore, purè ac ſincerè artes, & veteres earundem fontes, barbariej vetuſtioris ſordibus erant purgati, ac ab inſulſa frigiditate vindicati. Quis enim eſt qui ignorat paulò antè, pro Dialectica vera, terminos neſcio quos, ac ſummulas hominum indoctorum & barbarorum, paſsim obtinuiſſe? Item à Medicis, barbaros quoſdam recentiores, antiquis Græcis, aut Arabum Medicorum nonnullis, antepoſitos? Nihil dico de Leguleïorum aut Mataeologorum diſputationibus friuolis? quas qui ignorat, glandes à bonis frugibus dijudicare neſcit. Cæterùm cùm

ab

3364.

ab Hemmingio ad amorem & ſtudi-
um, veræ de Deo doctrinæ & pieta-
tis, ac omnium virtutum Chriſtiana-
rum, ad cognitionem vberiorem præ-
ceptorum de ratione dicendi, ad ſtyli,
memoriæ, & pronunciationis exerci-
tia adſidua, & legendam Epitomen
hiſtoriarum Mundi, tum etiam rerum
in Dania geſtarum ſeriem, aliquam-
diu aſſuefactus eſſet: iactis hiſce fun-
damentis in prima illa & florente æ-
tate, etiam Ethicam doctrinam &
iuris ſtudium non neglexit. Ex le-
ctionibus Theologicis, in quibus audi-
endis non indiligens aut faſtu tumidus
erat, cum reuerentiam & amorem æ-
terni Dei, omnibus mundi rebus ante-
ferret, hoc boni conſequutus eſt, vt
diſceret fontem iuris & legum eſſe
non Solonis ῥήτρας nec decem virorum

 tabu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

tabulas, immo ne ſaxeas quidem illas Moſe tabulas, in monte Sinai ſcriptas, ſed Deum ipſum, & lucentem in mente diuina ſapientiam æternam & immotam, diſcernentem iuſta & iniuſta, honeſta, & turpia: cuius ſapientiæ radij in mentes humanas ſparſi ſunt: vt DEVM authorem monſtrent, qualis ſit, & quibus officijs à nobis coli velit, ac vt ſint normæ, ac regulæ omnium conſiliorum & actionum noſtrarum.

Hanc Dei ſapientiam in lectionibus publicè audiens, pariter quoq; didicit & audiuit, inter omnia Eccleſiaſtica dona, quæ ad Eccleſiæ negotia, ad religionem, ad conuerſionem hominum, ad cultus veros Dei, ad piè claudendam hanc temporaneã vitam, deniq; ad lætam ex mortuis reſurrectio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

ctionem, nullum maius aut excellentius eſſe, voluntatis diuinæ patefactione, quæ in ſacris biblijs eſt comprehenſa & ſummo Dei beneficio, in manus, atq; vſum hominum familiarem, per ſanctos Dei adminiſtros ſubinde tradita.

Hæc Biblia cùm ſint fons & ſcaturigo ſinceræ religionis, cultuum diuinorum, immo ſalutis noſtræ perpetuæ: Ideo etiam, indefeſſo ſtudio in horum lectionem aſſiduam incubuit, & textum ſibi familiarem reddidit. Nulla enim eſt mihi credite, ferè pagina ſanctorum librorum, quæ non hoc ſonet: quòd Deus reſiſtat ſuperbis, humilibus autem det gratiam ſuam.

Hæc Biblia conſtat ante ætatem huius optimi viri, multis iam ſeculis,

pro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

pro obſcuro libro vbiq; locorum eſſe habita, peneq; ſitu & ſqualore inter-yſſe: cuius quidem rei cauſa hæc videtur fuiſſe, quòd tantùm latina ſanctorum librorum verſio commendabatur, quæ profectò plurimas illuſtres res & ſententias, parum concinna interpretatione inuoluit & obſcurat. Deinde quia tantùm ad ſcholaſticorum diſputationes et ſummas, in Scholis aſſuefiebant, qui Theologia imbuebantur: Laici vero à lectione Bibliorum non aliter atq; ſues ab amaraco, arcebantur, ac publicè tantum audiebant legendas ſanctorum. Verè igitur à Samuele dicebatur, verbum Dei erat precioſum, nimirum ob raritatem eo tempore. Noſtra vero ætate, biblicæ verſiones luculentæ exſtant, imprimis verò Germaniam,

Teu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

Teutonica translatione per Lutherum ornauit Deus, ita vt omnes linguarum periti, vltrò fateantur, feliciorem, clariorem ac planiorem verſionem ex Hebraico textu, apud nullam aliam gentem exſtare. Itaq; non tantum in verſione vulgari bibliorum acquieuit, ſed & verſionem Lutheri, Eraſmi quoq; in nouum teſtamentum, & Munſteri, Pagnini ac Vatabli inſignem laborem, in vetus teſtamentum conſuluit ac inſpexit. Ex his enim exiſtimauit ſolam vocem diuinam, tanquam ex ſanctuario Dei depromi, ſolam etiam ſpiritus ſancti efficaciam, accendentis in cordibus fiduciam & inuocationom DEI, inuictos nos præſtare, aduerſus tela, inſultus Diabolorum & impiorum hominum.

Cùm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

Cùm autem Cancellarius noſter ingenium vigens, doctrinæ capax & auidum, ſtudijs optimarum artium, & imprimis lectione bibliorum, ac hiſtoriarum, initijs quoq́; iuris diuini humaniq́;, in patria Academiâ excoluiſſet & expolijſſet. Etſi autem patria & parentibus nihil ſit dulcius in humanis: ȣ̓δὲν γλυκιον ἧς πατρίδος ȣ̓δὲ τοκήων γίνεται: Dulcius eſt patria nihil, atq́; parentibus vſquam: Illi præſertim qui longè à finibus errans: Fortè domus propriæ, peregrina in ſede vagatur. Et Sophocles: οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα: Domi manere oportet eum qui pulchrè ſit felix. Vlyſſes quoq́; apud calypſo, patriam prætulit immortalitati. Vt tamen extra patriam ſtudiorum te-

lam,

3364.

lam, feliciter inchoatam pertexeret, voluntate patrui, in Germaniam contendit, & quamuis patruus & amici intelligerent, non exiguam impendendam liberalitatem in eum, quem tanta cum excellentia animiq́; impetu literarum ebrietatem ſitiret, non auaros aut ſordidos ſeſe præbuerunt erga illum, quemadmodum amentiſſimi multi parentes, qui longè pluris agros, ſyluas, iumenta quoq́; ipſa faciunt quam filios.

Nam quo egregiè colatur terra, curenturq́; canes, nulli parcent impenſæ, nullum refugient laborem, ipſos vero qui boues ac equos curaturi erunt, magno ſibi precio comparabunt, obſeruabuntq́; aſſiduè diligentiam eorum, quos ſi aut negligentiùs,

aut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

aut imperitiùs, curam eis commiſſam, gerere animaduertant, vel increpabunt ſæpiùs, vel edocebunt. At filiorum quibus nihil chariùs habere debent, nulla omnino cura, ac ſi equis & bobus vel canibus etiam viliores habeantur: Ita vt nec erudiendis eis magiſtros adhibeant, & ſi adhibuerint, tanti illorum curam faciant, vt vix ſalaria vel modica eis (qui tantis laboribus emeruerunt) impendant, & ſi impenderint fortaſſè, diſtorquentur adeo, & diſcruciantur, quaſi euellantur eis dentes, ô perditum, ô impudens parentum genus, ſi tam hebeti atq; obtuſo ſunt corde vt filiorum cauſa nihil moueantur: At ſaltem erubeſcant tam indignæ & abiectæ tenacitatis, immo (vt verius loquar) rapinæ, quiq; meritò poſtea conqueruntur filios ſuos ignauos,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

nauos, ſegnes, proteruos, improbos, à literis prorſus alienos, in prærupta quæq́; vitiorum præcipites ire: nihil ingenuum, generoſumq́; tentantes, viliſsimum longè ac abiectiſsimum, & qui non niſi furioſis, pugnacibus & quaſi mente captis, conueniat, animum induere. Quorum erudiendorum ſi curam parentes habuiſſent, non tam amaros, vt ſæpe guſtare eos contingit, malè inſtitutæ vitæ eorum fructus conſequerentur. Verùm diuerſam ab his pro nepote curam, ſolicitus Kaaſij noſtri patruus & conſanguinei gerebant, qui vt literas diſceret, miro ardore ferebantur, ac quicquid in erudiendo eo neceſſe erat, larga quoq́; impendebant manu. Floruit hoc tempore præ alijs multis in Germania, Vitebergenſis Academia & multitudine

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

diſcentium incredibili, & docentium fama atq; exiſtimatione percelebri, tum concordia ſuaui & ſancta. Viatico igitur & neceſſarijs inſtructus. Horsnitij in cimbrica Cherſoneſo, conſcenſâ naui Lubecam nauigaturâ, cùm eam alta maria tenerent, excitatis procellis in nauiculam eius efferueſcebant, ſæuisq; iactata fluctibus donec tandem ſoluta prora, ac illiſa tota, cùm ſæuientibus vndis, perduraret maris intemperies, manifeſta vitæ diſcrimina cœlitus euitauit, in littus Germanicum impulſus, ac tantùm fragmentis naiculæ innixus, diuina prouidentia patriæ ſaluti aſſeruandus. Qui ſtatim ſine mora Vitebergam contendit, cauens ſibi ne in oppidum aliquod, vbi nulla dignitas morum, nulla habitatorum generoſi-

3364.

roſitas & elegantia habeatur, veniret, néue in vllam Academiam, cuius ciues fama ſit, pernitioſo alicui vitio, & quod maximè illi ætati noceat deditos inclinatosq́ eſſe. Sunt enim vt hominum, ita & ciuitatum ac locorum à natura inſita ſingularia quædam ac propria, quibus ducentibus, quæq́, vitium ſequi, atq́ (vt ille ait) ſuos quæq́ pati manes ciuitas cogitur. Vnde non malè Xenophilus Pythagoricus dum rogaretur, quo pacto filij egregiè erudiri poſſent? Reſpondiſſe legimus, ſi ex bene inſtituta ciuitate nati eſſent.

Iter ſuum ductore & conſolatore filio Dei, qui etiam Iacobo peregrinanti, & magnis pauoribus conflictanti dixit: Noli timere Iacob:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

Ego ero dux itineris tui & protector tuus, ne quid detrimenti capiat familia tua, &c. cùm abſoluiſſet, de prælectionibus publ. audiendis, dieta, & viuendi ratione cum alijs communicauit. Et vt quòd arbuſculis fieri ſolet, quæ, ne à vepribus ſentibusq́ ſuffocentur, contextis circùm ſepibus, cinguntur: ita maxima cura in hoc incubuit, vt eorum tantùm iniret ſocietatem, quorum diligentia multis probata eſſet, caſtigati quoq́ ac correcti mores, maximeq́ auerſabatur ſodalitia eorum, qui bona paterna apud exteros dilapidant, aleâ & comeſſationibus gaudent, equis, canibus, volucribusq́ delectantur: Sine vlla autem comparatione ad laſciuarum mulierculalarum commercia, ludosq́ & blandiores earum ſermones, quibus Hip-

3364.

polyti etiam conſtantia labefactari poſſet, ſunt procliues. Ac hoc loco Diui Aurelij Auguſtini adoleſcentiæ meminiſſe placet, quam multis irretitam malis non aliunde fuiſſe conſtat, quàm propter peſſimum eorum, quos familiares & domeſticos habuit exemplum. Nam quid eum Chriſtianæ infenſum pietati reddiderat, niſi aſſiduus delirantium Manichæorum vſus? Vnde furtum illud pyrorum quod tantoperè deplorat facere compulſus fuerat, niſi nequiſſimorum inuicem adoleſcentulorum adhortante proteruia? Quid, anno illo ſextodecimo ætatis ſuæ (vt de ſe ipſe refert) totas eum manus, veſanæ libidini dare coëgerat, niſi æqualium ſuorum, laſciuiens effrenisq́; vita? Quem cùm mater ſecretò etiam monuiſſet, cum ſolicitudine ingenti,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

maximè ne adulteraret cuiuſquã vxo-
rem, atq́ illi ſibi monitus muliebres vi-
derentur, quibus obtemperare erubeſ-
ceret: tanta ibat præceps cæcitate, vt
inter coætaneos ſuos puderet eum pudi-
cum eſſe, quoniã audiebat eos iactantes
flagitia ſua, & tantò gloriantes magis
quantò turpiores eſſent: Liberetq́ iam
facere non ſolùm libidine facti, verũeti-
am laudis. Aduerſum vitia hæc, oſten-
debat Cancellarius noſter fortitudinem
ſuam, & ne iuuenilibus erroribus cede-
ret, maturitate prudentiæ, ferociã æta-
tis ſuperauit, vnde meritò ſubſequen-
te ætate, de hac victoria magis ſibi
gratulari potuiſſet, quàm ſi fuiſſet in
Olympico certamine coronatus, immo
eò exuberantiùs, quia vicit in illo ſtadio
ſiue theatro, in quo humana certamina
angeli ſpectant, et corona eius nulla ſe-
nectu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

nectute marceſcet, habebit namq́; non parui temporis, ſed æternam ſecuritatem, quando de hoc certamine coronatus abierit in regionem viuorum.

Cùm autem etiam illud compertum haberet, quòd qui præceptores ſuos coluerint, ad magnam literarum gratiam perueniſſe, contraq́; qui contempſerint, ignaros, ſegnes, turpiſſimos etiam ſæpiùs exſtitiſſe. Nec ignoti etiam ipſi erant Nero & Traianus, ambo Cæſares: quorum alter, quem propter nimia flagitia omnes accuſant, Senecam præceptorem ſuum interemit: Alter verò qui propter excellentem virtutem ab omnibus commendatur, Plutarchum, magiſtrum ſuum ſummè veneratus eſt. Nec ignorauit quòd Marcus quoq́; Antonius principum optimus, id reliquis virtutibus adiecit, vt magiſtris ſuis pluri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

plurimùm ſemper deferret. Nam imagines eorum aureas in domo habuit, ſepulchra etiam floribus ornauit & Proculum ad conſulatum vſq; prouexit, Frontoniq; Cornelio oratori, ſtatuam in ſenatu petijt: Sic quoq; Cancellarius hic pientiſsimus, præceptores ſuos, Academiæ Vitebergenſis & aliarum publicarum Scholarum profeſſores reuerebatur, ſciens non minimam reuerentiæ rationem habendam eſſe doctis hominibus, propter dignitatem excellentiamq; ſapientiæ, quam profitentur: quam nec quisquam ſatis pro eius magnitudine venerari, ſatisq; efferre vnquam poſſet. Quid enim Theologia religioſius? Quid eloquentia honeſtius? Quid legum peritia venerabilius? Quid cæteris deniq; diſciplinis nobilius atq; præſtantius? Quas, qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

qui egregiè ſtudio & labore ſuo comparauerint, nonne ſummo eos dignos honore eſſe iudicabimus? Nonne maximè eos venerabimur? Qui eruditione, pietate, precibus, conſilijs & diligentiâ Rempub. Eccleſias & Scholas exornant, fouent, moderantur, & ab inſultu, hæreticorumq́ incurſibus defenſitant? Qui priuatis quibusq́ opitulantur, ſuccurrunt, patrocinantur, varijsq́ modis proſunt? Qui deniq́ propter infinita quæ lectitarunt rerum monimenta, grauiores vtiq́ cæteris ſunt ac prudentiores. His itaq́ pij adoleſcentes, exemplo Magnif. Cancellarij, præcipuam exhibebunt verecundiam: Adhærebunt quoq́ & perſeueranter aſſiſtent, vt doctrinâ eorum & monitis, doctiores etiam ac meliores euadant. Sunt enim verba

 ſapi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

ſapientũ vti ſapiens Hebræus inquit, ſicut ſtimuli et quaſi claui in altum defixi: quæ, cùm ab ineunte ætate audientes, animis noſtris impreſſerimus, firmiſſimè etiam ſemper ad extremã vſq; ſenectutem, ita vt impacta primò fuerint, retinentes, obſeruabimus.

Cæterum eximium beneficium quod Deus per diuinum & electum organũ, Martinum Lutherum, Germaniæ imprimis & alijs regnis exhibuit, ſicut in Academia Vitebergenſi initium duxit: Ita & poſt obitum Lutheri in Academia eâdem, tanquam theſaurus diuinus ac cœleſtis, depoſitum, ab omni fermento et corruptelis adhuc ſarctum & tectum conſeruabatur. Hoc autem erat talis præcipuorum articulorum fidei illuſtratio, qualis ab Apoſtolorum temporibus, huc vſq; in hoc mundo non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

eſt cognita. Equidem nemo inficiari poteſt, hiſtoriam eorum temporum, quæ, Apoſtolis è terris ſublatis, decurrerunt, conſiderans, doctores, maximè in hoc incubuiſſe, vt doctrinam de Deo vno, in eſſentia, & trino, in perſonis, ſaluam atq; inconcuſſam, aduerſus hæreticorum præſtigias conſeruarent, quâ quidem in re, de vniuerſa poſteritate optimè ſunt meriti: verùm in pleriſq; alijs doctrinæ Chriſtianæ articulis, remiſſiores, vt mollitiſſimè dicam, fuerunt, atq; opiniones præſtantium virorum nimis imprudenter ſequuti ſunt, ac pertinaciùs quàm decebat retinuerunt. Quando verò ſcholaſticæ ſpinoſitates cum Ariſtotele, in Eccleſia Dei dominatum accepêre, tum vnà cum neglectu bibliorum, denſiſſimæ tenebræ in omnibus articulis

fidei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

fidei ingruerunt. Si quis illas plusquàm Ægyptiacas caligines excuſare velit, næ ille æternis tenebris dignus erit. Qualis enim de pœnitentia perplexitas et obſcuritas? Quales Syrtes de bonis operibus? Qualis error de iuſtificatione, diſcrimine legis & Euangelij, inuocationeq́; ? Mitto errores reliquos innumeros.

Horum articulorum ſingulorum, vt accuratam & ex fundamentis ſacroſanctæ ſcripturæ hauſtam explicationem, cordi penitiùs ac memoriæ, illa in ætate imprimeret, non tantùm ſcripta Lutheri, Melancthonis et aliorum piorum doctorum ſtudioſè ipſe euoluit, & ab alijs explicari attentè audiuit: ſed & ſedulò ad conciones eorum, qui non fabulas ſanctorum, non inanes verborum ſtrepitus: ſed res ad

ſalu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

ſalutem æternam, cultusq́; Dei neceſſarias, adduxerunt, Antichriſti dogmata & impios cultus, ex lucidiſsimis & validiſsimis ſacræ ſcripturæ teſtimonijs refutarunt, tum fundamentum articulorum fidei noſtræ, immotum & inconcuſſum ſolidè demonſtrarunt, diligenter auſcultauit.

Cùm autem ex ſacris concionibus, & iugi ſcripturarum ac hiſtoriarum lectione intelligeret, Deum non magnificè inſtructis templis delectari, non ſumptuoſè excultis vaſis, non largiter cæſis victimis, quibus nihil illum indigere palam eſt: Sed puris caſtisq́; officijs, pijs voluntatibus, ſanctis animi & mentis affectionibus, quibus in illum toti migramus, toti transfundimur, toti requieſcimus. His enim nobis ille conciliandus, his quærendus, his

placan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

placandus, vt nos diuini vatis verſus illi rectè inſtruere videntur: Non accipiam de domo tua vitulos, neq́ de gregibus tuis hircos: Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſyluarum, iumenta in montibus & boues, &c. Hoſtiam laudis rationalem Deo obtulit pro magnitudine beneficiorum, quæ in ipſum & familiam ſuam totam, immo Eccleſiam vniuerſam contulerat: Patrem quoq́ Domini noſtri IEſu Chriſti ardenter inuocauit, qui vnicum peregrinantium aſylum eſt, vnicus quoq́ portus & dux voluntatem eius quærentium, intellectum illuminans & ſapientiam præſtans paruulis.

Cæterùm in collatione controuerſiarum religionis Chriſtianæ, lectioneq́ recentium ac veterum ſcriptorum, cùm quantum quidem volebat, quan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

tumq; profeciſſe illum non pœnitebat, tantùm eſſet aſſecutus, ad oratoriam, legendam hiſtoriam, ad quam mirificè natura ipſa ducebat, omne ſuum ſtudium, omnem operam, curam, cogitationemq; conuertit. Audiebatur eo tempore Vitebergæ, Cygnea diuini ac ſancti viri Philippi Melancthonis vox & oratio, cum illo præter reliquos, docebant Iureconſulti ac Oratores facundiæ & eloquentiæ laude clariſsimi, in quibus diligentiam excitauit, partim multitudo periculorum, quæ ipſis imminere videbantur à pontificijs & alijs ſchiſmaticis, partim varietas multitudoq; auditorum, vt præteream, his ſtudijs maxima propoſita præmia, vel ad gratiam, vel ad opes, vel ad dignitatem.

Itaq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

Itaq́; dici non poteſt, quantoperè præclariſſimum illud & generoſiſſimum ingenium magnifici huius viri, per ſe alioquin veræ laudis ac dignitatis cupidiſſimum, his occaſionibus, ſtimulisq́;, dies ac noctes magis magisq́; ſit incitatum, vt ſe ad audiendum, legendum, meditandumq́; maiore opera dederet. Quare in ocio optato ac facultate illa diſcendi, maiore ac maiore, iureconſultos oratores ac hiſtoricos, eius, & Academiæ Francfordianæ ad Oderum adiens & audiens, acerrimo ſtudio tenebatur, quotidie & legens, & obſeruans magno labore atq́; induſtria, præcipua capita legum atq́; hiſtoriarum. Cumq́; iam in his Academijs vſum nonnullum, & bonam partem iuris cùm ciuilis tum pontificij, et municipalium ac inſtitutorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

regni huius, quibus multum iam operæ impenderat, didiciſſet : etiam in Belgiam contendit, ac in Louanienſi Academia, quam principes Brabrantiæ, vti dictum eſt, dudum erexerant aliquamdiu manſit. Palladem quoq; armatam potentiſſimis, Philippo Hiſpaniarum, & Henrico Galliarum Regibus, bellum gerentibus, ac caſtra eo tempore ad Samarobrinam S. Quintini figentibus, cognouit. Et quoniam ad politicas artes, ac ciuiles actiones iam aptus eſſe videbatur, ideo ſumpta virili toga, poſtquàm rerum bellicarum, iuris ciuilis & hiſtoriæ cognitione excelleret, iam tandem ex latebris quaſi in lucem prodire cogitauit, & ne aliquis otium hoc ſuum ſcholaſticum reprehenderet, in quo ipſe non modò ſemetipſum languere nollet : ſed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

etiam, vt quàm plurimis ſtudio ſuo prodeſſe, eniteretur, & ad quam quidem rem, ipſe & natura et perſona ita apta, ita idonea ab omnibus exiſtimabatur, vt magis idoneus ad vtilitatem ac commodum patriæ amplificandum, tum nemo facilè reperiretur, in patriam ad ſuos redire conſtituit, vbi cùm famâ, quæ de ipſius ingenij dotibus & ſolertia ſubinde latiùs ſpargeretur, permotus Diuus Fredericus II. & audiens ipſius ingenium, eloquentiam, iudicium deniq; in hiſtorijs omnium ferè temporum & nationum ſubactiſſimum, multis doctis, ſapientibus, ac heroicis viris probari, vocat Nicolaum Kaaſium in ſuam Cancellariam anno 60, in qua proximum à Magiſtro libellorum munus ipſi commendat, quòd ſumma fide, iuſtitia, inte-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

integritate, diligentia & aſsiduitate annos vndecem ita adminiſtrauit, vt DEO præcipuè, optimo ac Sereniſſimo Regi, magno Cancellario Iohanni Friſio, ac omnibus alijs ſuam fidem & bonam conſcientiam probare conaretur. Nec dubito quin omnes collegæ eius, Secretarij & aulici idem mecum ſint teſtificaturi, quodq́ euentus ipſe paulò poſt euidenter comprobauit.

Secutum non longo temporis interuallo interpoſito, eſt ſueticum bellum, nempe anno 63, hoc bello atroci & cruento durante, diſtracta eſt Regia Cancellaria, quaſi in duas diuerſas partes, quarum vni parti præfuit Magnificus Cancellarius Iohannes Friſius & Iohannes Schogardius Magiſter libellorum, qui ſemper Regiæ Maieſtati

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

quocunq; iret à conſilijs & præſentia fuêre. Altera verò pars hic Hafniæ ſubſtitit, vbi præcipua quæ regni ſtatum concernebant, adminiſtrabantur. In his rectè ordinandis & diſponendis, ac maximè in literis & inſtrumentis Regijs conficiendis, noſtro Kaaſio, primæ partes tanquam archiſecretario erant demandatæ, nec exiguos labores ſuſtinuit, donec belli rabies præteriret. Cæterùm poſt multam & aßiduam legatorum imperialium, principum ac regum, operam & ſtudium, de pace inter hæc regna firmanda, quæ iam miris modis morâ belli erant deformata: anno 70. cum generoſis ac nobiliſsimis viris Petro Bilde (piæ memoriæ) Giorgio Roſencranzio gubernatore regni, & Henrico Rantzouio produce cimbrico, Doctore Henrico

3364.

rico, Archidiacono Bremenſi Stetinum in Pomerania, à Sereniſsimo & potentiſsimo Rege Frederico II. tanquam Secretarius amandatur, vbi bellum hoc, Deo optimo Maxim. hæc regna propitijs oculis reſpiciente; pace alma reſtituta, tranſactum ac compoſitum eſt. Legationes alias quæ in eundem inciderunt annum, tum 72. hoc loco prætereo, quas omnes ſapienter ad regni huius ſingularem vtilitatem obiuit. Cæterùm cùm iam magnus Cancellarius Iohannes Friſius, multis laboribus, ſenectute, curisq́; confectus in fata côceſsiſſet, id quod factum eſt anno 70. atq́; iam in annum ferè tertium Cancellariatus vacaſſet, ob ſapientiam ſingularem, eruditionem & mirificam induſtriam, cuius iam multa experimenta ſuperioribus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

annis, in Cancellariâ & legationibus dederat abundè, Kaaſium vnum ſibi præ reliquis delegit Regia Maieſtas, tanquam exemplar perfecti Cancellarij, atq; omnibus abſoluti numeris. Itaq; in comitijs Randruſienſibus anno 1573. Maij 17. à potentiſsimo Rege Frederico II in Cancellarium receptus, & in hoc quidem honoris, dignitatisq; ampliſsimo munere, multis alijs longè poſthabitis, locatus, ac cum poteſtate, imperioq; conſtitutus, cùm omnes vigilias, curas, cogitationes, configeret in Reipub. non modò ſalute: Sed etiam dignitate & vtilitate tuenda & conſeruanda, tantos ille labores, curas, moleſtiasq; tam admirabiliter, tam glorioſè, tamq; ſalutariter ſuſcepit, vt omnium planè hominum opinionem, ſpem,

ex-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

exſpectationem, ipſius virtus admiratioq; ſuperaret, vtq; iure ſuo ipſe de ſe gloriari potuiſſet, ſe ſuis maioribus, virtute ſua præluxiſſe, vt ſi priùs noti non fuerint, à ſe incipiant initium memoriæ ſuæ: Seq; ita vixiſſe, vt ipſe fuerit poſteris ſuis nobilitatis initium & virtutis exemplum. Cancellariatum ſuum non in priuata vtilitate, dignitate aut tumido faſtu vel imaginibus acquirendis (quæ ornamenta & inſignia, multis etiam malis communia fuerunt) ſed in animo ipſo, conſilio, fide, grauitate, vigilantia, cura eſſe putauit. Principiò igitur quæ dexteritas conſilij, quantaq; vis & autoritas eius apud Regem fuit, ſtatim recens inito ſuo Cancellariatu, omnibus probauit. Etſi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

autem acerrimum fuit iudicium optimi Regis Frederici II. ſummum acumen, exactiſsima prudentia, de quibus ſuo loco diximus, tamen cùm nullus adeo prudens aut doctus ſit, vt non egeat aliquando conſilio propter humanæ mentis hebetudinem, quæ cum alijs in rebus noxia, tum in gerenda Republ. pernitioſiſsima eſt, ideo & ipſius Regia Maieſtas viros nobiles, probos, modeſtos, doctos, prudentes, experimento rerum multarum peritos, non tam ſtudio, beneuolentiâ, gratiâ, quàm ſolo virtutis nomine ſibi adiunxit, maximeq́ eos probauit, qui non cupiditate, ambitione, affectúue aliquo, dabant conſilia, ſed animo integro, ſincero, pacato, atq́ adeo Reipublicæ quam iuuare ſuis debebant conſilijs, ſtudioſo. Qua in re ſummus pruden-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

tiſsimo huic viro honos, & à Regia familia, & à tota Repub. habendus, gratiæq; immortales reddendæ, qui nihil optimo Regi ſuaſit, niſi & ipſi & Reipub. vniuerſæ pariter commodum videbatur. Et quia interdum vt Poëta inquit, veritas odium parit: ſicut boni chirurgi, & vulneris viam perſpiciunt, & leniter curatum obligant ne dolore irritetur: ſic ipſi, Regis ingenio & more cognitis, cautè, manſuetè, prudenter, grauiter, conſtanterq; & in tempore dabat conſilia, ac facilè ſua manſuetudine, prudentia & lenitate effecit, vt Sereniſsima Regia Maieſtas, in ipſius conſilia & ſententias deſcenderet, difficulterq; pateretur virum hunc à ſuo diſcedere latere. Sed cùm ea quæ in arcanis Regum & principum deliberationibus geruntur,

3364.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

religioſa ſilentij fide occultari ſole-
ant, ac nos in hoc ſeceſſu Scholaſti-
co, rerum publicarum imperitos, ne
quidem deceat de his rebus & nego-
tijs verba facere, breuem virtutum
& beneficiorum nobiliſſimi huius vi-
ri, quæ his regionibus, Scholis & Ec-
cleſijs, nobisq́; in hac Academia,
Deus per ſalutare hoc organum ſuum
tribuit, narrationem iam inſtituam.
Primùm ante omnia in tota ſui mu-
neris adminiſtratione, hunc præci-
puum finem, velut ſcopum, ſibi ha-
buit propoſitum, ad quem omnia gu-
bernationis conſilia, & actiones po-
tiſſimum dirigeret, vt vera Chriſti
Religio, vera & incorrupta de Deo
doctrina, deletis idolis & cultibus pon-
tificijs, aliarumq́; ſectarum opinioni-
bus fanaticis, in omnibus harum re-
gio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

gionum Eccleſijs propagetur, ac vt diligenti inſpectione Epiſcoporum & præpoſitorum, vera doctrina, ſinceri cultus, piæ ceremoniæ, neceſſarij reditus & ædificia Eccleſiarum, Scholarum & Noſodochiorum in his regnis conſeruentur. Itaq; non erat Epicureus ſapiens, vt multi proh dolor in illo vitæ humanæ faſtigio, religionem, velut inanem & puerilem fabulam, ex alto deſpiciunt: Sed ſummam ſapientiam eſſe ſtatuebat, verum Dei agnitionem, ſicut ſe in Eccleſia tradito verbo patefecit, & gubernationem conſiliorum & actionum vitæ, iuxta normam verbi à Deo traditi.

Conſeruato atq; propagato religionis ſtudio, & diu antè iacto præclaro totius regni fundamento, quamuis facile quidem erat, ipſum & probum

eſſe,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

eſſe, & munus ſuum optimè admini-
ſtrare: Nihilominus tamen ipſe nouit
id quoq́ neceſſe, religioni adiungenda
eſſe virtutum reliquarum officia, quæ
ſunt cum illa ipſa arctiſsimè copulata,
quæq́ nos ad extremum bonorum, quò
ſpectat etiam Religio: deducant, vt
ſunt prudentia, iuſtitia, moderatio,
clementia, animi robur, humanitas, ac
reliquæ demum virtutes: quæ cum op-
timo cuiq́ viro, tum illuſtri homini
maximè ſunt neceſſariæ. Sicut ergo
pietas cunctis virtutum officiis veluti
caput præponitur: Ita eiſdem pruden-
tia præeſt: quæ cum alios omnes tum
maximè in eminenti loco conſtitutos
decet. Prudentiâ ergo didicit, quæ
vitia vitanda erant, quæ & ipſi, &
Regi, & toti deniq́ Reipub. nocitura
eſſent, vt temeritas, negligentia, ver-
ſutia,

3364.

ſutia, malitia, quæ omnia vel in pri-
uato homine ſunt vituperanda, nedum
in eo, qui publicam gerat perſonam.
Nam temere quid agere, turpe admo-
dum principi viro eſt, cùm vel mini-
ma, iure ſit vitioſum. Declarat id
Theodoſij Cæſaris temerarium atq́;
crudele in Theſſalonicenſes iudicium:
tum C. Cæſaris ex Italia in Græciam
aduerſus Pompeium profectio. Ne-
gligentia item in rebus gerendis tam
eſt noxia, vt, elapſa occaſione, multa
præclarè fieri deſinant, malaq́; multa
eueniant: verſutia etiam quàm odioſa
ſit, in Philippo Rege & Hannibale
apparet, quorum vterq́; perfidiæ nomi-
ne odioſiſſimus fuit. Declinatis pru-
denter his vitijs, luxit in ipſius pecto-
re & omnibus dictis ac factis, vultuq́;
etiam alacri ac ſereno, fides in Deo

acqui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

acquieſcens, & in tanta varietate laborum & moleſtiarum à Deo opem & auxiliũ exſpectans, tum ſingulari alacritate & magnitudine ac robore inuicto, animum confirmans.

Ad hanc ſapientiam ſpiritualem, acceßit cognitio & ſcientia politica, inſtructa & ingenij excellentis perſpicatiâ, ac iudicij certitudine & grauitate, tum iuris publici ac priuati doctrinâ, & aßiduo vſu deliberationum, de maximis rebus in Repub. Huic prudentiæ accommodanti conſilia ad normam in iure diuino & humano ſcriptam, & ſalutem publicam, coniuncta erat eloquentia, profluente ſermonis copia & ſplendore, res propoſitas exponens.

Etſi autem neſcio quomodo in hominum animos, adulatio ſenſim illabitur

tur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

tur propter ingenitum vnicuiq; naturâ, ſui amorem, vt nullus tam conſtans, cautusq; ſit, quin laudari velit, ſuosq; laudatores & amet & amplectatur. Horum dictis Alexander ille Magnus motus, ineptam illam de diuinitate ſua opinionem concepit, quòd à Dexippo, Demade, Euagora Athenienſibus, cultus pro Deo eſſet. Craſſus item in Parthos cum copijs profectus, Andromachi adulatoris & paraſiti perfidiâ hoſtibus traditus fertur. Quocirca omne adulatorum genus tanquam ſerpentes, & certiſſimam Reipub. peſtem fugitabat: Paraſitorum quoq; & ſcurrarum, quibus nihil impudentius, audacius, loquacius, maledicentius, exitioſius, deniq; viris bonis, et Reipub. vniuerſæ fingi poteſt, ſummè deteſtatus eſt. Econtra ornatus fuit

gra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

grauitate ac omnibus ijs virtutibus, quas in cuſtode & gubernatore Reipubl. Plato requirit, cùm inquit: φύσει εἴη μνήμων, εὐμαθὴς, δεινὸς, μεγαλοπρεπὴς, εὔχαρις, φίλος τε καὶ συγγενὴς ἀληθείας, δικαιοσύνης, ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης.

Verùm vt ad iuſtitiæ officia Magnificentiæ eius progrediamur. Hæc virtus cùm ferè ſit fons legum, & ratio ſuprema, ex qua leges ſingulæ deriuentur, et ad quam reducantur, hanc præcipuè deamauit. Nouit enim vt qui iuſtitiam colit, eum neceſſe eſt, vt virtutes etiam cæteræ comitentur. Omnium quippe nutrix & mater iuſtitia: quæ ſi in animis verſetur ſapientia, ſi in corporalibus, bona valetudo, ſi in domo concordia, ſi in ciuitate pax, ſi deniq; in mundo prouidentia

3364.

tia nominatur. *Hanc qui habeant, hi*
nec metu perturbantur, nec pudore
confunduntur, nec ſolicitudine carpun-
tur, nec angoribus excruciantur: Sed
ipſi ſibi conſtant & quæ ſincera vo-
luptas eſt, tranquillo animo ſemper &
quieto perfruuntur. Itaq; gens In-
dorum, qui Pedalij vocantur, nihil à
Dijs aliud in ſacrificijs quàm iuſtiti-
am poſcebant. Quâ vnâ impetrata,
omnia ſe adeptos arbitrabantur. Hu-
ius vexillum ita extulit Generoſus hic
Dominus, vt iuſtitiæ miles fortiſſi-
mus, ac propugnator acerrimus di-
ci mereatur. Nec verbis aut meis
opus hic eſt aut cuiuſquam, ſi locum,
gradumq; & ordinem iſtum conſide-
raueritis, quo ius apud omnes alios
rectè dixit, in ſe iudex priùs acer-
rimus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

Etſi autem non deſint, qui fidem à magiſtratu negent, ſemper ſeruandam, quòd ea multis ſeruata, exitio, perfidia verò alijs commoditati ac ſaluti fuerit: quodq́ Alexandri VI. pontificis probant exemplo, qui cùm nec fidem alicui vnquam ſeruaſſet, omnes calliditate ſua fallere conſueuiſſet, cuncta feliciter atq́ ex voto perfecerit: Cui etiam ſententiæ quodammodo Plato in Repub. ſua aſſentitur, dum magiſtratui, aut principi clàm Reipubl. cauſa licere mentiri, priuato autem nemini putat. Quorum opinione quid turpius, ineptius, abſurdius, aut pernitioſius? quid enim aliud eſt, fidem non ſeruare, quàm pietatem ac religionem deſerere? quàm omnem naturæ legem violare? Quid

quæ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

quærat, exſpectétue is qui nihil ve-
ri dicat? nullum pactum tueatur?
nullam fidem datam ſeruet? quàm
vt ne ſubditis quidem ſuis fidere
poßit? ſicq́ perfidiæ ac proditioni
viam exemplo ſuo patefaciat. Fa-
teor equidem aliquando neceſſe eſſe
ocultari ſic à magiſtratu ſententiam,
vt aliud ſimulet, aliud agat, ſed a-
liud profectò eſt ſimulare ac tegere,
quod ſis facturus: id quod iuſtè li-
cet: Aliud quod iam conſtitueris,
pactusq́ ſis ſemel cum alÿs, reſcin-
dere. Illud quidem prudentis ac
circumſpecti eſt viri, qui patriæ
ſuæ illo conſilio & ſagacitate velit
conſulere, hoc autem perfidi graſſato-
ris, qui vt quiduis prædetur, nullam
cuiquam fidem, nullam conſtantiam
in dictis aut factis teneat. Ergo nec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

leuitatem Græcorum, nec Carthagi-nenſium perſidiam, nec calliditatem & aſtum Philippi Macedonum Regis aut aliorum, probus hic vir vnquam imitatus eſt: Sed perpetuò in fide & veritate ſeruanda, integerrimus & conſtantiſſimus. Et verè erat in eo ἀψευδὲς ἦθος, εὐπροσήγορον στόμα, ἄκραντον οὐδὲν οὔτ' ἐς οἰκέτας ἔχων οὔτ' εἰς ἄλλους.

Cùm autem hæc duo ad officium boni Cancellarij & vigilantiſſimi magiſtratus pertinere videantur, primum vt conſtanti, firmo, promptoq́; animo cuncta Reipub. negotia & difficultates ſuſcipiat, alterum, vt nec inertiâ, otio, aut negligentiâ, vel laboris metu, occaſionem, & tempus negotiorum omittat aut differat, hac in parte quantum præſtitit, poſt commiſſas ſi-

bi

bi regni habenas, vnà cum alijs illuſtribus proregibus tribus, quorum ſapientiæ, fidei ac induſtriæ, regni totius adminiſtrationem, Diuus Fredericus .II. ante obitum, approbante regni ſenatu, commendauit, donec adoleſceret electus Rex Chriſtianus IIII. nemo niſi ſtupidus ignorat. Et quamuis honores, opes, apparatus, abundantia deniq; bonorum omnium, ac reliqua huiuſmodi omnia illi ſuppeterent: non tamen vt alter Sardanapalus, comeſſationibus ſplendidis, luxui & voluptatibus ſeſe dedidit: Sed labores omnes adminiſtrationis publicæ: curas ac difficultates negotiorum æquo animo ſuſcepit, tum etiam magnanimitate ad ſuſtinenda, gerenda, curandaq; cuncta Reipubl. conducentia: Itemq; patientia ad laborum moleſti-

3364.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

as, æquo animo ſuſtinendas, ac poſtremò conſtantia in negotijs, in difficultatibus, periculis, queremonijs, efflagitatione, petitionibusq́; importunis aliorum, vſus eſt incredibili. Diximus paulò antè de legationibus in Germaniam & alia loca, nunc in earundem pelagus renauigabimus, vt appareat ipſum non quietem animi, aut relaxationem corporis publicis vel priuatis regni negotijs ac ſaluti anteposuiſſe.

Quis enim neſcit moleſtias, quas vorauit annó 75. antequam litis materia, quæ paulatim flammam maiorem atq́; maiorem concepit, exarſitq́; inter regnum & ducatum, & ad quam reſtinguendam vtrinq́; duodecim prudentiſsimi conſiliarij erant delecti, donec tandem poſtquam ferè ibi quartam anni partẽ exegiſſent, ſopita eſt? Quid

dicam

dicam de diſcordia tetraq; caligine, quam ſtygiæ erynnes iterum conabantur immittere inter duces Holſatiæ & Sereniſſimum Regem? quas Magnific. Cancellarius Nicolaus Kaaſius, unà cum generoſo viro Giorgio Roſencrantzio, Paſlichio & aliorum principum legatis ac oratoribus anno 79. 25. Martij ſuſtulit? effecitq; ut duces, Regium beneficium agnoſcentes, approbationem feudi à Regia Maieſtate peterent. Omitto legationem Flensburgicam eodem anno 5. Iulij ſuſceptam? In qua Hamburgenſes Regiæ Maieſtati ſunt reconciliati, & in eius tutelam clementer recepti: Prætereo quomodo vix expedito eo itinere, eodem anno tertiam legationem cum Nobiliſſimo viro

3364.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

Manderopio Parsbergio, Magiſtro Palatij, ac quatuoruiro, tum Paſlichio ſubit, ac Stetini in Pomerania ſimultates ſuſpicioneſq́, quas, neſcio quibus de rebus, Poloniæ Rex conceperat, deleuit? Mitto legationes quarum alteram geſſit anno 80. adiuncto ſibi viro prudentiſſimo, Chriſtophero walckendorpio & Manderopio Parsbergio: alteram anno 91. ſocijs ac collegis Giorgio Roſencrantzio, Parsbergioq́ in quibus, progreſſus in Sueticos terminos, de eis, quæ expediebant vtriq́ regno feliciſſimè egit? Taceo innumeras alias, quas 81. 82. 87. ac 90. tam pleno fiduciæ bonæ conſilio, tum abſolutione celerrima expediuit, vt euentus lætiſſimi ac vtiliſſimi ſint conſecuti. Defatigatus ferè ſum percenſendis, tot locorum, itinerum,

collo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

colloquiorum, conciliationum nomini-
bus. Ingens ſanè animi robur, patien-
tia admiranda, quæ has potuit deuora-
re tantas moleſtias, tot duros catena-
tosq́ ſubire & ferre labores.

Deſinerem induſtriæ plura ſpeci-
mina commemorare, niſi ad cumulum
laudis hoc quod valde admirabile eſt
accederet, quodq́ vt perfectiſsimum
opus induſtriæ arguat, ita duramento
ſui confirmatur. Quot labores exant-
lauit in comitijs regni? Quæ vt ante
obitum Sereniſsimi Regis: Ita & de-
inceps magna diligentia ab illuſtriſsi-
mo regni ſenatu, ad publicam vtilita-
tem omnium ſtatuum & conditionum
hominum ſunt continuata, in quibus
manifeſta, attenti, anxij & nunquam
ceſſantis ſtudij documenta edidit. Ete-
nim ingenij diuini inſtructus abun-

3364.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

dantia, cumulum controuerſiarum grauiſsimarum, probationum, allegationum, per memoriam ita nouit contrahere, ac rurſus quoties opus erat dilatare & diffundere, quanquam omnium aliorum regni negotiorum cura diſtrictus, vt cùm ad tribunalia ius dicendum eſſet, neq; in hac citerioris ætatis meta, quisquam aut memoriam eius tardiorem, aut firmitatem laterum vlla ex parte quaſſatam, aut os hæſitatione impeditum magis, quàm in iuuenili ætate animaduerteret? ô opus ardentis ſpiritus plenum, ex quo apparet, ſeneſcentibus membris eruditorum, intùs animos, induſtriæ beneficio florem iuuentæ retinere. Atq; tandem vt longæ & felicis induſtriæ, quaſi in vnum aceruum effecta omnia redigamus. Vidimus in his comitijs,

quòd

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

quòd quanquam ſæui morbi iam diu, valetudinis amara depaſtione corpus eius exinanirent, nihilominus morborum luctam animi robore fortiſsimè ſuſtinens, curru in arcem vectus, flagrantiſsimum deſiderium induſtriæ ſanctæ declarauit, nec ſemel duntaxat in tanto controuerſiarum ſtrepitu, & negotiorum mole, vultum mutauit vllius triſtitiæ ſalebra ſuccuſſum, ita vt animo tantùm vita frui videretur, corpore quaſi alieno & ſuperuacuo circumdatus. Stupet mens mea admiratione tantæ induſtriæ & iam tranſit aliò.

Fulgebant ſanè in hoc viro omnes virtutes in Cancellario neceſſariæ, ardens amor & cura tuendæ veritatis & iuſtitiæ: conſtantia non fracta metu vel ſeruili adulatione, quò minus

veras

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

veras & iuſtas ſententias firmiter tueretur: Celſitudo animi in contemnendis opibus, honoribus, corruptelis, voluptatib⁹ eluxit, induſtria et ſedulitas in expediendis pro virili, ſubditorū cauſis & litibus finiendis: δωροφαγίαν, ſummo ſtudio fugit, nec pecuniâ ſe corrumpi & muneribus expugnari vnquam paſſus eſt. Negotia regni antè & poſt obitum Sereniſsimi Regis, ſumma fide & diligentia egit ſemper: nec vnquam ambitioſè in alijs aulis fauores aucupatus eſt, ſed acerbiſsimas potius magnorum principum offenſiones & odia ſubiuit. Proponentes negotia ſua, aut offerentes libellos ſupplices etiam infimi ordinis homines, non duriter aut faſtidioſè ſed benignè & comiter audiuit, & reſponſa dedit. Breuiter nullam in ſummo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

mo honoris faſtigio ſuperbiæ aut faſtus ſignificationem vnquam edidit, neminem faſtidioſè contempſit, aut à colloquio, natâ aliqua idonea occaſione, ignominioſè repulit: Sed inferiores etiam quoſcunq; comiter & benignè audiebat, & datis pro cauſæ conditione reſponſis, dimittebat.

Quo in precio viros eruditos habuit, teſtes nos omnes eſſe poſſumus locupletes, qui hactenus eius patrocinio & præſidio, bona huius Academiæ intacta retinuimus & ab eorum incurſu, rapinis ac violentia, qui Eccleſiaſticorum bonorum ſiti & Eccleſiarum ac Scholarum odio plus quàm vatiniano ardent, tuti fuimus. Hoc beneficium eò admirabilius & glorioſius agnoſcere debemus, quòd in tam triſti diſsipatione multarum publicarum

Scho-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

Scholarum, totius ferè Germaniæ, & in tantis periculis, quæ hoc noſtro ſeculo, multos excellenter doctos homines ita fregerunt, vt veræ doctrinæ profeßionem prorſus abiecerint, hanc interim piam ſcientiam ac cogitationem pectori huius optimi viri, & aliorum illuſtrium heroum in his regnis inſeruerit, vt intelligant in Eccleſia Deum præcipuè à gubernatoribus flagitare curam conſeruandæ doctrinæ à ſe traditæ, quod non fieri niſi per doctos homines poteſt, qui in Scholis veræ doctrinæ cuſtodiam ſibi commendatam docent ac tuentur. Itaq; quod in hac Regia Academia vera de Deo doctrina floreat, honeſtæ artes, linguæ & diſciplinæ vigeant, & ab ea tanquam ex vberrimo fonte in longinquas aliarum regionum prouincias emanent,

manent,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

manent, agnoſcimus Dei ſingularem clementiam, ac pro his beneficijs, ſempiternam gratiam Electo Regi Chriſtiano IIII. Domino noſtro clementiſſimo, illuſtriſſimis ac optimis gubernatoribus & conſiliarijs, quorum conſilio & opera in his & alijs rebus, ipſius Regia Maieſtas vtitur, ac imprimis Cancellario Kaaſio debere nos ſingulos, & totam poſteritatem grata mente & voce profitemur. Sed deſino de alijs virtutibus huius ſanctiſſimi Cancellarij, tum de vita ipſius priuata & moribus multa dicere, ad vltimam partem orationis velut præcipuum firmamentum feſtinans, ac tempus eſt, vt tandem exitum huius narrationis expediam, ne veſtra patientia abuſus eſſe videar. Cùm autem labefactata tot arietibus valetudine,

Mag-

3364.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

Magnificentia eius lethaliter decum-
bere inciperet, ſepoſitis iam omnibus
alijs curis, tantùm de hac vna re ſo-
licitus erat, quomodo feliciter ex hac
miſeriarum valle emigrare, & æter-
næ vitæ ac gloriæ particeps fieri poſ-
ſet. Verè enim præclariſſima Phi-
N. B. loſophia eſt, ſeriò meditari mortem,
animum fiducia CHriſti mediatoris
erigere: Firmiterq́ ſtatuere, quòd
credentes in eum, per ipſam mortem
perrumpere, & vita æterna certò po-
tiri debeant.

Vt verò rectiùs hæc meditatio à
nobis inſtitui poſſit, ſemper in conſpe-
ctu habendum eſt diſcrimen inter
hanc præſentem & futuram vitam,
ſiue ciuitatem quam exſpectamus.
Hic enim: vt Auguſtini verbis vtar
falſitas, ibi veritas, hic perturbatio,
illic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

illic fida poſſeßio, hîc peßima amaritudo, illic ſempiterna dilectio, hîc periculoſa elatio, illic ſecura exaltatio, hîc timetur ne qui erat amicus, efficiatur ſubitò inimicus: illic ſemper manet amicus quia nullus illic admittitur inimicus, hîc quicquid eſt bonum timetur ne pereat, illic quicquid acceperis ab illo ſeruabitur, qui fecit vt ne tu tranſeas & quod acceperis non amittas, hîc mors illic vita. Æternæ ciuitatis æterna ſunt gaudia, & ſtantium dierum perpetuitas infinita, nec variabitur, nec labetur, quia incommutabili pace potientur, quorum erit omnium bonum, etiam quæ fiunt, ſingulorum. Hæreditas quoq; in qua Chriſti ſumus cohæredes, non minuetur multitudine filiorum, nec fiet anguſtior numeroſitate cohæredum, ſed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

tanta erit multis quanta paucis, tanta ſingulis, quanta omnibus. In ſumma, in ciuitate illa fulgebunt iuſti, ſicut Dominus ait: Ibi ſumma pax erit, ſumma quies, nullus labor, nullus dolor, nulla paupertas, nullum exilium, nec ſenectus, nullus morbus, nulla mors, nec vlla nox, nullum cibi deſiderium, nullum ſitis incendium: ſed cibus & potus omnium erit viſio Chriſti & ſanctæ Trinitatis, & contemplatio puro cordis oculo, ipſius diuinitatis, & aſsidua lectio vt ita dicam libri vitæ, id eſt, æternæ veritatis & ſummæ ſapientiæ, & verbi Dei, quæ eſt Chriſti IEſu viſio, vbi quicquid nos iam latet manifeſtum erit, &c. Hoc ergo diſcrimen cùm Generoſus & Magnificus Cancellarius in conſpectu haberet, & ardentibus ſuſpiriys meditaretur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

tur, toto morbi tempore placidiſſimè ſeſe ad beatam migrationem compoſuit, nec fremuit contra voluntatem Dei, nec extimuit mortem, vel migrationem in cœleſtem patriam exhorruit (eius enim eſt vt Cyprianus inquit mortem timere, qui ad Chriſtum non velit ire: Eius eſt ad Chriſtum nolle ire, qui ſe non credit cum CHriſto incipere regnare) ſed vltrò expetiuit vt vel tandem à tot quibus laborabat, curis, negotijs, morbis, ac malis deniq; omnibus perfectè liberaretur, & faciem ſeruatoris ſui Ieſu Chriſti quem in hac vita vnicè adamarat, omnibusq; theſauris, mundo quoq; & voluptatibus huius ſeculi antepoſuerat? coràm in perfecta & plena lætitia intueretur.

24. Iunij in quem incidit feſtum Diui Iohannis Baptiſtæ, verbi Dei

3364.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

adminiſtrum, virum pium, bonum & egregiè doctum, curauit ad ſe vocari, M. Iſaacum, Paſtorem ad Diuum Nicolaum, ac cùm iam ſe ad ſacram cœnam τῆς εὐχαριστίας excitare & præparare cœpiſſet, circa horam decimam, peractis ſacris publicè, in templis, præſentibus omnibus miniſtris ſuis, nobili viro Erico wadsby, Medico Regio clariſsimo, Dñ. D. Petro Seuerino, cum M. Iohanne Aalburgenſi, voluit primùm confeſsionem fidei, in his Eccleſijs vſitatam ſibi præcini, quam ipſe clarâ voce, & ingenti cordis fiduciâ, non ſine admiratione adſtantium ſequutus eſt. Deinde petijt ſibi aliquam eius diei, concionis partem explicari, quod & factum eſt. Quibus ita ritè confectis, poſtea peccatorum ſuorum fecit paſto-

ri

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

ri confeſſionem, abſolutionem petens & accipiens, ac tandem cedentibus parum ex camera miniſtris & reliquis, è lecto ſurgens, ſumpta tunica talari, ac viciſſim reuocatis omnibus præſentibus, cùm in genua, id quod maximè adniteretur, procumbere non poſſet, in lecto ſedens, cœnam Domini ea geſtuum compoſitione, ex manu paſtoris percepit, vt appareret eius Magnificentiam mirificè, hoc cœleſti ac ſpirituali conuiuio confirmari. Poſtea Deo Patri cæleſti ex animo gratias egit, pro donato filio, pro vera fide, orat etiam vt fidem in ſuo pectore firmam, vſq; ad extremum vitæ ſpiritum confirmet. Verùm his peractis, cùm iam ipſum ſalutarent amici cum paſtore, ac diſceſſum orarent, petijt vt apud ſe pranderent,

3364.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

quibus parum exſpectantibus, indutus veſtibus, in hypocauſtum ad illos ingreſſus, menſæ aßidere cœpit exporrecto vultu, lætum ſe exhibere, & cum conuiuis ſuis confabulari, cibum capere et refici, vt longè commodiore valetudine iam quàm paulò antè frui videretur. Gratiarum actione ad DEVM pro corporis refectione factā, ac interuenientibus nobilißimis viris Stenone Brade, Regni Senatore ac quatuoruiro, & Iacobo Søfeldio Senatorē, in cubiculum ſecedens, in lectum ſe repoſuit. Interea aßiduè inter decumbendum de Chriſto redemptore ſuo, de miſerijs præſentis vitæ, in quas, lapſus primorum parentum nos omnes abſq; diſcrimine coniecit, de firmis animorum conſolationibus, & de totali liberatione ab omnibus

malis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

malis cogitabat & diſſerebat. Subinde miſcens gemitus & ſuſpiria ad Chriſtum ſeruatorem, pro incremento fidei & ſpei, patientiæ & perſeuerantiæ finalis, & deniq; pro condonatione reliquiarum peccati carni ſuæ adhærescentium, ſubindeq; repullulantium. Nouerat enim & propria experientiâ didicerat, veriſſimam eſſe Apoſtoli triſtitiſſimam querelam, Roman. 7: Video aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meæ, & captiuantem me ſub lege peccati, quæ eſt in membris meis. Ideo vt filius mediator, omnes infirmitates & omnia reliqua peccata ſua contegeret, fidem & perſeuerantiam ſibi ex gratia largiretur, veris & non ſimulatis gemitibus petebat.

3364.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

Cæterùm 27. Iunij eundem ver-
bi miniſtrum Dominum M. Iſaacum
cenſuit adducendum, quem lætiore
vultu exceptum & humaniſſimè por-
recta manu ſalutatum compellauit, ac
aſſidere iuſſit, vbi Danicè recitatis
conſolationibus ex Epiſt. 8. cap. Bea-
ti Apoſtoli Pauli ad Rom: clara voce
eadẽ latinè repetebat, quod intelligens
verbi miniſter in reliquis colloquijs,
latinè magna ex parte deinceps egit,
quodq́; ipſi mirificè placuit, in hoc col-
loquio latentis doloris ac deſiderij τοῦ
ἀναλύεσθαι argumenta manifeſtiora e-
didit. Accedentibus interea officij
cauſa ex gubernatoribus ac ſenatori-
bus regni, Giorgio Roſencrantzio,
Stenone Brade, Manderopio Pars-
bergio, Iacobo Søfeldio, diu cum illis
de regni proculdubio negotijs & alijs
neceſ-

neceſſarijs conferebat, ac quam, ſuo more in vultu æquabilitatem, in vtraq; fortuna & triſtis vel lætioris euentus alicuius narratione, ſeruare ſolitus erat, eam tunc quoq; retinebat, quamuis perſpicuum iam erat valetudinem magis attritam, cum manifeſta virium omnium deiectione. Acceßit quoq; ex arce deſcendens illuſtrißimus ac potentißimus electus Rex Chriſtianus IIII. vt ipſius Regia Maieſtas memorem feliciter administratæ, in minorennitate ſua, Reipubl. animum exquiſitæ religionis cultu, grataq; animi ſignificatione propenſioneq; certatim teſtaretur, ac poſtquam Regia eius Maieſtas, pectus, grati animi pignoribus, refertum copioſè declaruſſet, ſupremamq; Magnificentiæ eius voluntatem cognouiſ-

nouiſſet, tum Regia Maieſtas manu data vltimum vale dixit, & non abſq; ſingulari condolentia diſceſſit ac in arcem rediјt. Eodem die miniſtrorum erga ſe ſuorum laudabilem ac exſpectatam fidem recordatus, iudicij æquitate admonitus, munificentiam erga omnes ac ſingulos liberalem oſtendendo, teſtimonium pietatis ac gratitudinis erga bene merentes, & maximè fidei domeſticos confeſſus eſt, teſtamento ſine dubio multos alios ornaturus, ſi vel morbi vehementia parum remiſiſſet, vel ab alijs admoneretur. Ab eo temporis interuallo non deceſſit à latere Generoſi ac illuſtris Dñi. Cancellarij, Paſtor Diui Nicolai M. Iſaacus, ſed perpetuò circa cubiculum eſt commoratus, fidem eius Dei ex verbo, quoties opus videbatur confirmaturus, qui

eodem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

eodem tempore ad lectulum acceſſit, & repetitis quibuſdam conſolationibus ac dictis ſacræ ſcripturæ, conſolationis pleniſſimis, ad quæ Magnificentia eius appoſitiſſimè reſpondit, ſemper de fidei ſuæ in Chriſtum conſtantia locutus & teſtificatus, quod Domino viuere vellet & mori: Ac 8. caput Epiſtolæ ad Romanos latinè totum, per memoriam abſq; vlla hæſitatione recitauit, adiecit quoq; Pſalmum 23. 25. & 51. qui ipſi, tam familiariter quàm digiti ſui erant noti. Ita his recitatis, prementibus grauiſſimis cruciatibus & doloribus corporis, conſtanter acquieſcebat in conſilio Dei, miſcentis iam amaritudines dulcedini vitæ temporalis, ne temporalium deliciarum delectatione, vt cum Auguſtino loquar, cæcati, non deſideremus

dili-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

delicias æternas. Et cùm partim in tranquillitate partim in aduerſis comprehendiſſet doctrinam ſapientiæ, quæ inter tribulationum turbines propter carnis ſtuporem, & impatientiam diſficulter agnoſci ſolet: tanto expeditiùs cogitationem de mortis acerbitate vincere ac profligare poterat. Inſequente nocte intempeſta, acerſito Domino paſtore ad lectum, Dn̄. M. inquit: breui liberabor omnibus malis, deficiunt iam paulatim vires, morbus totus recurrit ad cor, ac paulò pòſt paſtorem manum ſuam, infra cordis ſitum admouere iuſsit, vt locum affectum exploraret ac contrectaret, quam tamen propter incredibiles dolores vix admiſit, cumq́; iam familiariter cum eo aliquamdiu locutus eſſet, tranquillo animo ſignificauit ſe totum ad feli-

cem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

cem migrationem ex hac vita paratum eſſe.

Ea nocte cùm parum aut nihil dormiret, nolebat Dominus Paſtor multis ipſi moleſtus eſſe, ſed crebrò ex Pſalmo 116. hos quatuor verſus latinè repetebat. Reuertere anima mea ad requiem tuam: Quia Iehoua benefecit tibi: Quia eripuiſti animam meam à morte, oculos meos à lacryma, pedem meum à lapſu: Ambulabo coram Iehoua in terra viuentium: Credidi propter quod locutus ſum, &c. Quibus auditis lætabatur ex animo, ac ardentiùs gratias egit Domino Deo ſuo, quòd ex his verſibus & tota ſacra ſcriptura euidenter cognoſceret, abeuntes ex hac mortali vita, ad æternam Dei & omnium piorum conſuetudinem

tradu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

traduci: Ideoq́ ad paſtorem dixit: ſe recitatione horum verſuum plurimùm delectari, ac ſentire reipſa æternam lætitiam in corde ſuo iam accendi. Quare hos verſus ſubinde ruminabat & repetendo ſibi inculcabat, quô altiores ac firmiores radices, in pectore fracto, contrito ac humiliato agerent, præcipue vero hunc 3: Ambulabo coram Iehoua in terra viuentium. Sequenti die veneris (vt vocant) vox exilior, facies, & alæ naſi tum tempora valde collapſa ſunt, vt parum aut nihil loqueretur, ſed interrogatus vel admonitus à miniſtro verbi, de ijs, quæ conſolationis gratia prælegebat & commemorabat, quantùm potuit conatus eſt reſpondere & eadem reiterare, verùm in toto morbi impetu eiusmodi erat oculorum obtutu

tutu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

tutu & vultu ita compoſito, vt vel ſolus ille aſpectus ſatis ſuperq́; teſtaretur, quanto fidei & ſpei robore munitus eſſet. Etſi autem toto eo die ex nobilitate multi, præcipuè verò ex illuſtri Regni Senatu, Nobiliſsimus Generoſiſsimus vir, Dominus Georgius Roſencrantzius, Steno Brade, Iacobus Søfeld, Arnoldus Huitfeldius, Regni Cancellarius, Hermannus Iulius, Iohannes Lindenau, Chriſtianus Holkius Archiſecretarius, ipſius Magnificentiam frequentarent, cùm iam validiùs natura vi morbi ſuperata fere eſſet, pauca loquebatur, ſed cùm virum optimum, doctiſsimum & nobiliſsimum Arnoldum Huitfeldium, ex voce agnoſceret, apertis oculis intuitus eum & longè

petito

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

petito ac attracto ſpiritu, tum quoq́; porrectis manibus inſit, Arnolde Huitfeldie, te impoſterum diuinæ clementiæ conſeruandum & protegendum commendo, quod aſtantes omnes videntes, nullus ſibi à lachrymis temperare potuit. Eodem die veneris à prandio cùm lethalia ſigna mortis perſeuerarent, accedens Reuerendus Dn̄s. Epiſcopus: Clariſſim. vir, D. Petrus Winſtrupius officij gratia, vt & frequenter aliàs, cùm intelligeret morbum iam prorſus inualuiſſe, ſanè neq́; tum omittenda iudicabat, quæ ad morientes à Chriſtianis vſurpari ſolent, itaq́; oratum eſt, vt anguſtias illas & luctam nouiſſimam Deus læto fine mitigaret, ac præeunte & recitante orationem Dominicam Epiſcopo, eandem ita re-

pete-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

petebat, vt pronunciatio eius ab omnibus aſtantibus intelligeretur.

Sub horam primam noctis eius, quæ antecedit Saturni diem, ſemel etiam adhuc colloqui ſe cupere cum nobiliſs: viro Iacobo Søfeldio, Regni Senatore ſignificauit: quod cùm ſui intellexiſſent, ſtatim nulla interpoſita mora eum vocant, quiq; quantocyus potuit aduolauit. Aderat quoq; tota ea nocte Clariſsimus & Nobiliſsimus vir, Chriſtianus Holkius, Magiſter libellorum, D. Petrus Seuerini, Medicus præſtantiſsimus, quos vna cum paſtore & reliquis præſentibus ad lectum aduocauit, manuq; porrecta, gratias cùm pro hoc, tum etiam alÿs beneficÿs, morbi tempore præſtitis, egit: Addita fauſta precatione, vt DEVS optimus maximus omnium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

beneficiorum retributor, ea in hac & futura vita compenſaret. Hæc poſtrema eius vox fuit, nec amplius quicquam prolocutus eſt, verùm quaſi ſuauiſſimè dormiens, agon productus eſt vſq; in ſequentis diei Sabbathi, quartam pomeridianam, ac interea intra ſe precatus eſt, & ſic in precibus & ἐυφημίᾳ placidè, nullo incompoſito geſtu vel motu, multo minùs membrorum diſtractione, dormienti ſimilis, beatam animam exſpirando, Deo reddidit, & in fide Chriſti, vnici Saluatoris & Redemptoris, reuerâ obdormiuit optimus hic vir, cuius obitum omnes omnium ordinum ſtatus lugent & deplorant, patronus & conſeruator huius Academiæ ſincerus, 29. Iunij intra quartam & quintam pomeridianam, cum vixiſſet annos

nos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

nos 60. & fortè aliquot ſeptimanas.

Defleuit Hipparchi Euboici obitum, Philippus Macedo, is cuius antè commemini: Ac dicenti cuidam, tempeſtiuè hominem grandæuum deceſsiſſe, reſpondit: ſibi ipſi tempeſtiuè deceſsit, ſed præpropere mihi, ô vtinam nos de illuſtri noſtro Hipparcho non etiam verè idem dicere poſſemus, à quo videlicet tanquam à fonte quodam perenni, tanta in nos, tanq; affluens omnium rerum felicitas redundauerit, vt magna quædam de ipſo nobis rara, ardua, ſingularia, incredibilia, diuina polliceremur. Nec dubitabatur quin ipſo vigente, Eccleſiæ Chriſti ac Scholæ, ius, maieſtatemq; ſuam eſſent retenturæ, immo neq; quin virtuti &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

bonis artibus ſuus honos eſſet habendus, ac deniq́; viri docti, diſciplinis omne genus ingenijsq́; florentes, præmia laborum eſſent vigiliarumq́; laturi iuſta. ô imbecillem humanæ naturæ conditionem, ô inanem mortalium gloriam, ô cæcas hominum mentes, quid iactamur, quid extollimur? quid eſt quod dignitates, opes, potentiam, tantopere flagitamꝰ? perpetuò his frui cui datum? Nicolaus Kaaſius, illuſtris vir, & optimus Cancellarius, in vegeta ætate, in ipſo gloriæ culmine, tot populorum ſuſpirijs deſideratus, tot dignitatibus atq́; opibus affluens, inter tot auxiliantium manus extinctus eſt. Ac nobis forſitan importuna mors, tantum illud decus ob id ipſum inuidit, vt etiam hæc ſua quædam laus integra, illibata, inde-

flora-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

floratáq; ad alios quoq; deſcenderet. Interim quod huius præſtantis & ſalutaris gubernatoris vſum his regnis, Eccleſijs & Scholis tam diu DEus ter optim. Maxim. conceſſerit, agamus filio Dei, Domino noſtro IEſu Chriſto, ſedenti ad dextram patris & danti dona hominibus, toto pectore gratias: Et ipſius optimi Cancellarij memoriam gratis animis conſeruemus, tum ex hiſtoria vitæ ipſius exempla virtutum & ſtudiorum petamus. Oremus quoq; filium Dei, vt nos doceat, ſeruet & regat, vt ipſi grata, nobis & Eccleſiæ Dei ſalutaria faciamus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

IMPRIMEBAT
IOHANNES STOC-
KELMANNVS.

ANNO

M. D. XCIIII.
27. *Auguſti.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)

3364.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3364 8° (LN 1496 8° copy 2)